



FORMUŁY UROCYSTEGO BŁOGOSŁAWIEŃSTWA NAD LUDEM

(Missale Romanum 2002)

IN ADVENTU

Sacerdos vel diaconus :

Inclináte vos ad benedictiónem.

Deinde sacerdos, manibus super populum extensis, dicit benedictionem :

S. Omnipotens et misericors Deus, cuius Unigeniti adventum et praetéritum creditis, et futurum exspectatis, eiúsdem adventus vos illustratióne sanctificet et sua benedictione locuplétet.

R. Amen.

S. In præsentis vitæ stadio reddat vos in fide stabiles, spe gaudentes, et in caritate efficaces.

R. Amen.

S. Ut, qui de adventu Redemptoris nostri secundum carnem devota mente lætamini, in secundo, cum in maiestate sua vénérat, præmiis æternæ vitæ ditemini.

R. Amen.

S. Et benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

R. Amen.